GREGORIUS DE SCLAVONIA. LEGENDAE SANCTORUM. MELLICENSIA. CALENDARIUM
Melk, 1460 und um 1460 Seite 90r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



pvide gubernabat ¶ Quadam die dum esset in
oratione accessit ad eam vna ex sororibus eius que
procurationem cellarij habebat dixitque ei Ecce domina
mater defectus vini nobis est et preter hodiernum diem
nichil vlterius habebimus Cui illa Non sit tibi
cura filia sed habe fiduciam meliorem quia qui de quinque pa
nibus et duobus piscibus tot milia hominum saciavit
potest eciam servare illud per modicum quod adhuc habemus
a sua gratia et si placuerit sue voluntati poterit eciam
multiplicare vade ergo et esto sollicita circa tuum mi
nisterium sed tamen non obliviscaris quod ipse ait que ite
primum regnum dei Abeunte autem illa cum statuto tempore
vinum sororibus deberet propinari intrans promptua
rium vasa reperit vino plena Quod cum admirans
beate Otilie intimasset illa convocans sorores ait eis
Gratias agite dilectissime mee ihesu xpo qui non deserit
sperantes in se. qui et nobis nostrum vinum multiplicare
dignatus est ut sine murmure illi servire valeamus
refecitque eas ex eodem vino procurante deo valde esse
letabundas ¶ Cum autem beata Otilia pro anima patris
sui plurimum anxiaretur et se pro ea multis ieiunijs
et elemosinis et alijs pijs suffragiorum operibus
insisteret. quadam vice dum in oratione iaceret aperto
celo tanta lux super eam celitus emicuit ut tota cella
vbi orabat refulgeret Factaque est vox ad eam
dicens Otilia dilecta depone rigorem afflictionis
tue quia remissionem peccatorum patri tuo impetrasti a domino